

93. **Genehmigung der Statuten der Priesterbruderschaft an der Pfarrkirche in Winterthur durch den Bischof von Konstanz**

1467 September 26. Konstanz

Regest: Bischof Hermann von Konstanz bestätigt auf Bitten des Rektors und der Kapläne an der Pfarrkirche in Winterthur die von ihnen errichtete Bruderschaft und ihre Statuten. Er ordnet an, dass die gegenwärtigen und künftigen Mitglieder der Bruderschaft folgende Bestimmungen einhalten sollen: Bei Empfang, Tausch oder Niederlegung einer Pfründe der Pfarrkirche, des Amts des Rektors oder einer Kaplanei sowie im Todesfall muss der Bruderschaft binnen Monatsfrist 1 Gulden gezahlt werden. Diese Einnahmen sollen gemäss den Beschlüssen der Bruderschaft verwendet werden (1). Einmal im Jahr soll die Jahrzeit aller Mitbrüder sowie der lebenden und verstorbenen Wohltäter mit Vigil und Seelenamt begangen werden. In gleicher Weise sollen der siebte und der dreissigste Tag des Begräbnisses eines Mitbruders begangen werden. Wer nicht teilnimmt oder die Messe nicht feiert, wird mit einer Busse von 3 Schilling Haller belegt (2). Wenn sich Aussenstehende wie der Rat von Winterthur gegen den Rektor und die Kapläne wenden, soll das Kapitel das weitere Vorgehen festlegen (3). Streitfälle um Jahrzeiten, Pfründen oder Riten sollen nach Möglichkeit vor dem Rektor und den Kaplänen gütlich verhandelt und entschieden werden (4). Der gewählte Prokurator hat die Vollmacht, die Mitbrüder einzuberufen. Bei unbegründeter Abwesenheit ist ein Bussgeld von 3 Schilling Haller zu zahlen (5). Das Kapitel trifft seine Entscheidungen per Mehrheitsbeschluss. Was verhandelt wird, soll geheim gehalten werden (6). Der Anteil der Präsenzgelder wird bei Abwesenheit einbehalten, Ausnahmen gelten für die jährliche Badekur, Verwandtenbesuche oder Aderlasse an den vier Terminen 11. November, 3. Februar, 1. Mai und 24. August. Bei Mitgliedern, die zur Ader gelassen werden, gilt diese Regelung nur für den ersten Tag (7). Wer in den Vigilien, die ihn selbst betreffen, nicht persönlich seinen Platz einnimmt oder sich vertreten lässt, bevor die Formel des Vaterunser «Und führe uns nicht in Versuchung» zur ersten Nokturn gelesen wird, oder im Chor ohne Grund umhergeht und seinen Platz nicht besetzt und bei dem Visitieren der Gräber morgens und abends nicht anwesend ist oder sich vertreten lässt, gilt als abwesend und erhält keinen Anteil an den Präsenzgeldern (8). Weder der Rektor noch der Rat noch Dritte sollen dem Kapitel unübliche Pflichten auferlegen (9). Der Aussteller siegelt.

Kommentar: Die Bruderschaft war eine verbreitete berufsständische Organisationsform, die religiöse, soziale und karitative Ziele verfolgte, vgl. SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 83. Auch an Pfarrkirchen schlossen sich Priester zu Bruderschaften zusammen, um ihre Interessen zu vertreten, die zahlreichen Messstiftungen zu erfüllen, das Totengedenken zu organisieren und durch interne Konfliktregulierung und Disziplinar massnahmen äusserer Einflussnahme vorzubeugen. Zu den Priesterbruderschaften allgemein vgl. Priezel 1995, S. 411-422; zu Winterthur vgl. Illi 1993, S. 144.

Die vorliegenden Statuten der Winterthurer Priesterbruderschaft wurden zwei Jahrzehnte später ergänzt und modifiziert und am 9. November 1488 durch Bischof Otto von Konstanz bestätigt. Anlass waren Differenzen zwischen den Kaplänen und dem Schultheissen und Rat gewesen, die durch Graf Heinrich von Montfort, Domherr von Konstanz und Augsburg, Generalvikar Konrad Winterberg und den bischöflichen Kanzler Martin Premminger beigelegt werden konnten (STAW URK 1643). Hierbei setzte sich die städtische Obrigkeit für die Stärkung ihrer Rechte und die des Rektors, für einen besseren Schutz der Gläubiger verstorbener Kapläne, für die Präzisierung der Anforderungen für den Bezug der Präsenzgelder und für die Belange Bedürftiger ein, die das übliche Stiftungskapital für eine Jahrzeit nicht aufbringen konnten. Die Kapläne protestierten gegen die ohne ihre Zustimmung erlassenen Statuten (STAW URK 1663). Der Streit währte jahrelang, bis sich beide Seiten im Jahr 1508 auf einen Kompromiss verständigen konnten (STAW URK 1922; STAW URK 1924). Zu den Einzelheiten vgl. Ziegler 1900, S. 26-28, 57-62. Das Vermögen der Priesterbruderschaft floss im Zuge der Reformation in den Armenfonds (STAW AM 177/8; SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 236).

Hermannus dei et apostolice sedis gracia episcopus Constanciensis universis et singulis presentibus et posteris subscriptorum noticiam indubitam cum salute in domino sempiterna.

Pastoralis nostri impositi humeris officii deposcit sollicitudo, ut ea, que in
5 divine laudis ac salutis animarum augmentum subiectorumque commodum,
pacem et tranquillitatem pie inspecta sunt et salubriter ordinata, paterne confo-
veamus, et ne temporis tractu deficient, auctoritatis nostre presidio roboremus,
prout rerum et temporum qualitatibus et circumstanciis pensatis in deo conspi-
cimus feliciter expedire. Sane itaque pro parte dilectorum in Christo rectoris et
10 cappellanorum parrochialis ecclesie in Winterthur nostre diocesis oblata nobis
peticio continebat, quod ipsi zelo devocionis succensi suarum ac benefactorum
suorum omniumque christifidelium vivorum et defunctorum animarum salutem
efficacius per pia et bona opera efficere cupientes et procurare, ut eciam per hoc
in caritate unita et solidata frequencioris devocionis ardore et pocioribus preco-
15 niis benedicatur et collaudetur altissimus, quies et salus amplientur animarum
atque pax et tranquillitas inter eos et successores suos servetur, quan[dam]^a
fraternitatem per ipsos rectorem et cappellanos et eorum successores perpetuis
temporibus favente domino peragendam cum quibusdam aliis ordinationibus
inter se observandis instituerint ac pro execucione earundem confraternitatis et
20 ordinationum nonnulla honesta, licita et rationabilia statuta et capitula a sin-
gulariter singulis tenendis constituendis^b fecerint et ediderint inferius de verbo
ad verbum subinserta. Cum autem, ut dicta peticio subiungebat, ipsi rector et
cappellani instituentes premissa, nisi superiorum interveniat approbans aucto-
ritas, formident non subsistere, eapropter officium nostrum pastorale humiliter
25 implorando petiverunt, confraternitatem ac ordinationes pretactas necnon sta-
tuta et capitula circa illas edita per nos auctoritate nostra ordinaria perhennari
et stabiliri.

Nos itaque tenore institutionis dicte fraternitatis atque ordinationum statu-
tis et capitulis visis, lectis et diligenter examinatis ac perpenso consilio digestis,
30 quia illas et illa honestas, licitas et rationabiles ac honesta licita et rationabi-
lia fore in clerique honestatem, morum venustatem, ecclesie decorem et divini
cultus ac salutis animarum augmentum tendere conspeximus, idcirco peticio-
ni huiusmodi ut licite annuentes institutionem fraternitatis nec non statuta et
capitula ordinationum predictarum, prout sunt subexpressa, omniaque et sin-
35 gula alia inibi comprehensa rata habentes et grata, auctoritate nostra ordinaria
duximus confirmanda, approbanda et coroboranda atque presentis scripti pa-
trocinio confirmamus, stabilimus et communimus, volentes et decernentes illas
et illa perpetuis temporibus subsistere et a singulariter singulis fratribus ipsius
fraternitatis presentibus et posteris inconvulsas et inconvulsa teneri et custodiri
40 debere. Quarum quidem fraternitatis ordinationum, statutorum et capitulorum
continencia sequitur et est talis:

In nomine sancte et individue trinitatis feliciter amen. Cum summa sit ratio, que pro religione et devocione ac divino cultu fidelium mentes excitat et inducit ac pacem et unitatem inter dei ministros parit et conservat, hinc est, quod nos, Petrus Kaiser rector, singulique cappallani [!] ecclesie parrochialis in Winterthur Constanciensis diocesis ad laudem, gloriam et honorem dei omnipotentis et gloriose eius genitricis semperque virginis Marie ac tocius milicie celestis exercitus, nostrorum et successorum nostrorum cunctorumque fidelium vivorum et defunctorum salutem considerantes et sollicita meditatione perpendentes mortis certitudinem et eius hore incertitudinem et horam illam ac penas flammaram et terribilium cruciatuum infernalium, quas minime evadere possumus nisi per bonorum operum merita et divini cultus exercitium, nostris, proch dolor, delictis et facinoribus [!] cottidianis et humana fragilitate causantibus cupientes prevenire divino invocato auxilio, hanc presentem fraternitatem ac ordinaciones cum singulis statutis capitulis modo et forma subnotatis peragendam et observandas instituimus, ut sequitur:

^c[1] Item ordinavimus et de novo instituimus laudabilem atque honestam confraternitatem nostri capituli in hunc modum servandam, quod deinceps quicumque in ecclesia parrochiali Winterthur aut sibi annexo¹ adipiscitur prebendam sive rectoratus sive cappellanie, eciam quicumque per amplius inter nos rectorem et cappellanos, qui sumus et erimus, suam prebendam aut beneficium permutaverit vel libere resignaverit, ad persolvendum unum aureum Renensem vel in valore tott [!] bone et usualis monete confraternitati nostre infra mensis spacium, dilacione ac repugnancia omni postpositis, sit obligatus et astrictus. Eciam quilibet ex nostra fraternitate viam universe carnis transiens post sui obitum iterum ad solucionem unius aurei Renensis, modo quo supra sit, obligatus et tales floreni iuxta decretum nostre sepefate confraternitatis ob laudem dei omnipotentis almeque eius genitricis Marie atque salutem animarum in usus converti et expendi debent, prout magis expedire videtur.²

[2] Et ut nostra pretenta efficaciam sorciantur, ordinavimus, quod singulis annis deinceps in evum semper in anno semel devote ac laudabiliter anniversarium omnium confratrum nostri capituli atque benefactorum vivorum et mortuorum celebrari atque peragi debet de sero cum vigilia et mane missa pro defunctis cantandis. Et quicumque ex nostra confraternitate tam ad vigi[li]am quam missam cantandas mature non pareret aut eodem die missam non celebraret, in tribus solidis Hallensium monete Thuricensis pro qualibet vice irremissibiliter solvendis punietur. Sic eciam pariformiter peragere volumus atque debemus depositiones septimas atque tricesimas cuiuslibet confratris nostri capituli cum vigilia et missa cantandis et missarum celebracionibus sub absencium pena prescripta.

Articuli vero aliarum ordinacionum sunt hii:

[3] Item si domini proconsules vel quivis alter de nostro capitulo non existens aliqua dicta aut facta rectorem ecclesie et singulos cappellanos tangencia obicerent, nulla responsio per quemquam ex nobis dari, sed dilacio et suspensio responsionis fieri debet, quousque per nostrum capitulum, quid utilius ac salu-
5 b]erius sit, adinveniatur.

[4] Item cause anniversariorum, beneficiorum aut rituum laudabilium seu casuum quorumcumque ecclesiam tangencium coram sepefatis dominis rectore et capellanis tamquam arbitris amicabiliter debent tractari et determinari, si
10 possunt, sin autem tunc remittantur superioribus.³

[5] Item quod quilibet noster electus procurator⁴ habet auctoritatem singulos confratres nostri capituli capitulariter convocare sub pena trium solidorum Hallensium usualis ac bone monete irremissibiliter persolvendorum, nisi sui
15 absentiam causa rationabilis et efficax sufficienter excuset. Qui quidem solidi penales sic extorssi ad depositum poni et reservari debent, ut, cum nostrum capitulum aliquomodo pregravetur in quacumque causa possit per hoc sublevari.

[6] Item saniori parti in capitulo cuicumque decreto adherenti debet sta[r]fi et tractata in nostro capitulo per iuramentum prestitum silencio reserventur.

[7] Item quicumque de capitulo nostro semel in anno visitaret thermas aut pa-
20 rentes seu amicos [vel]⁹ qui minutus foret⁵ iuxta quatuor minuciones generales scilicet Martini [11. November], Plasii [3. Februar], Philippi [1. Mai] et Bartholomei [24. August] aut in negociis sue prebende existeret aut notabili infirmitate pregra[v]heretur, quilibet talis porcionis presencie nostri chori medio tempore
25 occurrentis, non obstante s[ui]i absentia, tanquam alii presentes expers non reputatur, extra tamen casus pretactos singuli [ab]i]sentes partes presencie neglecte non recipient, sed cedent partes neglecte locis suis deputatis. De minutis tamen loquendo primam diem sue minucionis neque alios sequentes, dumtaxat denotamus.

[8] Item quicumque ex nostro capitulo sive rector sive cappellanus in omni-
30 bus vigiliis mortuorum ipsum saltem tangentibus sive cantandis sive legendis per se aut eius vices gerentem in loco sue sedis de facto non paret, priusquam ad primum nocturnum legatur clausula dominice oracionis «Et ne nos inducas in temptationem», talis pro absente reputatur. Nec particeps erit presencie huius non obstante, quod illo dicto continuo subintraret aut alias in foribus
35 ecclesie existeret et quilibet infra vigiliis in choro hincinde absque necessitate fagens [!] sedemque propriam non occupans. Similiter in visitacionibus mane seroque non presens per se aut eius vicem tenentem pro absente reputatur.⁶

[9] Item ut nostrum capitulum deinceps antiquis ac laudabilibus consuetudinibus [!] et ritibus hucusque servatis omni gravamine laborum nostro choro
40 prius non consuetorum aut novarum invencionum aut institucionum rectoris

ecclesie, proconsulum aut quorumcumque aliorum procul positarum gaudeat atque foveatur.⁷

In quorum fidem et testimonium premissorum litteras presentes inde fieri et sigilli nostri pontificalis iussimus et fecimus appensione communiri.

Datum in aula nostra Constanciensi, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, die vicesima sexta mensis septembris, indictione quintadecima.^c

[Taxvermerk unter der Plica:] Recipe ii florenum

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 19. Jh.:] Confirmatio confraternitatis cappellanorum Vitodurensium et statutorum eorum

Original: STAW URK 1161.1; Pergament, 44.5 × 39.0 cm (Plica: 7.0 cm); 1 Siegel: Bischof Hermann von Konstanz, angehängt an Pergamentstreifen, fehlt.

Entwurf: EAF HA 318, S. 89; Papier, 23.0 × 32.0 cm.

Übersetzung: STAW URK 1161.2; Papier, 45.0 × 31.5 cm.

Regest: REC, Bd. 4, Nr. 13335.

^a Auslassung, ergänzt nach EAF HA 318, S. 89.

^b Textvariante in EAF HA 318, S. 89: custodiendis.

^c Auslassung in EAF HA 318, S. 89.

^d Auslassung, sinngemäss ergänzt.

^e Auslassung, sinngemäss ergänzt.

^f Beschädigung durch Loch, sinngemäss ergänzt.

^g Beschädigung durch verblasste Tinte, sinngemäss ergänzt.

^h Beschädigung durch Loch, sinngemäss ergänzt.

ⁱ Beschädigung durch verblasste Tinte, sinngemäss ergänzt.

^j Beschädigung durch Loch, sinngemäss ergänzt.

¹ In der deutschen Übersetzung lautet diese Phrase in der pfarrkilchen ze Wintterthur oder im spittal daselbs (STAW URK 1161.2).

² Dieser Artikel wurde 1488 dahingehend präzisiert, dass im Todesfall eine allfällige Bezahlung der Ausstände bei Gläubigern Vorrang hatte vor der Entrichtung der Abgabe von 1 Gulden an die Bruderschaft (STAW URK 1643).

³ In den modifizierten Bestimmungen, die der Bischof von Konstanz am 9. November 1488 bestätigte, wurde an dieser Stelle eine Vorbehaltsklausel zugunsten der Rechte des Schultheissen und Rats eingefügt (STAW URK 1643).

⁴ Der Prokurator oder Schaffner stammte zwar aus den Reihen der Mitglieder der Bruderschaft, wurde aber gegenüber der städtischen Obrigkeit vereidigt (SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 127).

⁵ In der deutschen Übersetzung: der im latt ze ader (STAW URK 1161.2).

⁶ Die modifizierten Bestimmungen von 1488 verlangten die Anwesenheit von Anfang bis Ende der Vigil als Bedingung für den Bezug der Präsenzgelder (STAW URK 1643).

⁷ 1488 wurde dieser Artikel gestrichen (STAW URK 1643).